*De capitis deminutione.*

10. Impp. THEOD. & VALENTIN. [1] AA. Maximo [2] P. P.

UBi aviarum succeſſio morte interveniente diſcutitur, capitis deminutio [3] paterna [4] quærenda non eſt. Tunc enim in hujusmodi hereditatibus filiorum ſtatus, aut perſona ſpectatur, quotiens de ejus bonis, qui poteſtatem familiæ potuit habere, tractatur. Dat. 15. [5] Kal. Octobr. *Ravennæ*, THEODOSIO XIII. & VALENTINIANO III. AA. CONSS. 430.

*De parentibus & liberis defuncti, vel defunctæ.*

11. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. ad Senatum Urbis Romæ.

SI matre [6] ſuperſtite filius, vel filia, qui quæve moritur, filios dereliquerit: omnimodo patri ſuo, matrive [ſuæ] ipſo [7] jure ſuccedant, quod ſine dubio & de pronepotibus obſervandum [eſſe] cenſemus. Dat. Id. Novemb. THEOD. XV. & VALENT. [III.] AA. CONSS. 430.

*De liberis & transverſalibus.*

12. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

QUotiens aliquis, vel aliqua, inteſtatus, vel inteſtata, mortuus, vel mortua fuerit, nepotibus, vel pronepotibus cujuscunque ſexus, vel deinceps aliis deſcendentibus derelictis, quibus *Unde liberi* bonorum poſſeſſio minime competit, & inſuper ex latere quibuscunque agnatis, minime [8] poſſint iidem agnati quartam partem hereditatis mortuæ perſonæ, ſibi vindicare, ſed deſcendentes [9] ſoli [10] ad mortui ſucceſſionem vocentur. Quod tantum in futuris [11], non etiam præteritis negotiis ſervari decernimus. Dat. Kal. Jul. *Conſtantinop.* DN. JUSTINIANO A. PP. II. CONS. 528.

*De liberis.*

In AUTHENT. de heredibus ab inteſtato. §. 1. col. 9. tit. 1. ex Novell. 118. cap. 1.

IN *ſucceſſionem mortui patrisfamilias, ſive filiifamilias liberi ejus* [12] *ſi ſunt, omnibus aliis prælati ſuccedunt. Primi quidem gradus æqualiter* [13] *ſuccedunt: nepotes & ulteriores in* [14] *ſtirpes: non diſtinguendo ſexum* [15]*, vel jura* [16] *poteſtatis, ſed ſola naturali cauſa inſpecta.*

## TIT. LVI.
## AD SENATUSCONSULTUM TERTYLLIANUM [17].

*De infantibus.*

1. Impp. DIOCLETIANUS & [18] MAXIMIAN. AA. & CC. Vivianæ.

LIcet liberi matribus ab inteſtato ita demum per ſe heredes exiſtant, ſi fari [19] poſſint: tamen matres liberis, etiamſi infantes [20] naturæ conceſſerint, poſſe ſuccedere, nulla dubitatio eſt. PP. 10. Kalend. April. TIBERIANO & DIONE CONSS. 293.

*Patrem matri præferri.*

2. Iidem AA. & CC. Rheſæ.

IN ſucceſſione filii, vel filiæ communis, ſine liberis & fratribus [21] & ſororibus morientis, pater [22] manumiſſor [23], quia ei ſit vetus jus ſervatum, matri præfertur. S. 6. Id. Dec. CC. CONSS. 293.

*De præſcriptione tutoris non petiti.*

3. Imp. CONSTANTIUS A. Catulino proconſuli Africæ.

MAtres, quæ puberes amiſerunt filios, licet impuberibus [eis] tutores [24] non petierint, præſcriptione [25] [tamen] non petiti tutoris ad excludendam eorum ſucceſſionem minime debere præſcribi, certum eſt. Dat. 6. Kalend. Auguſt. CONSTANTIO A. VII. & CONSTANTE CONSS. 354.

*De ſecundo nubentibus.*

4. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Eutropio P. P.

SI qua mulier nequaquam religionem [26] priori viro, ex quo filios, ſeu filias non habet, nuptiarum feſtinatione [27] præſtiterit, ex jure quidem notiſſimo infamis ſit, niſi [28] hujusmodi maculam imperiale beneficium ei remittat: ſin autem ei filii erunt, ſeu filiæ, & impetraverit indulgentiam, infamiæ [29] abolitionem permittimus, & cæterarum pœnarum antiquationem, ſi facultatum omnium, quæ fuerunt tempore nuptiarum, medietatem filio, vel filiæ, filiis, ſeu filiabus donaverit, quos habebat ex viro priore ſuſceptos, pure ſcilicet & omni donationis ſolennitate completa, nec retento quidem uſufructu. Quem quidem ſemiſſem ſi duobus filiis, ſeu filiabus, pluribusve donaverit, & forte fatali [30] unus, vel una, ſeu alius, vel alia ex iisdem inteſtatus, vel inteſtata obierit: ſemper ad [31] ſuperſtites fratres, vel ſorores volumus pertinere. † Si autem univerſi, vel univerſæ inteſtati diem obierint, duræ [32] fortunæ ad matrem ſolatia ex integro revertantur: ita ſcilicet ut hunc ſemiſſem, quem filiis, vel filiabus donaverat: anteſtato diem obeuntibus, rurſus ipſa ſeparatim ab ultimi filii, vel filiæ hereditate præſumat. PP. 15. Kal. Januar. GRATIANO V. & THEODOSIO AA. CONSS. 380.

5. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Senatui Urbis Romæ.

MAter [33], quæ [34] defuncto filio, filiæve ſine liberis, ex teſtamento, vel ab inteſtato ſuccedit, ſi matrimonium ſecundum poſt [35] mortem filii, vel filiæ non contraxerit, omnia filii [ſeu filiæ] morte delata, vel derelicta pleno jure acquirat. Sin vero alterius [36] mariti conjugium elegerit, extrinſecus [37] quidem quæſita filio, filiæve, ſimili firmitate poſſideat: rerum vero paternarum [38] defuncti ſolo uſufructu humanitatis contemplatione potiatur, proprietatem [& ſororibus, &] fratribus [39] transmiſſura defuncti. Dat. 7. Idib. Novemb. *Ravennæ*, THEODOSIO XII. & VALENTINIANO II. AA. CONSS. 426.

*Mater tutrix filii privatur ejus hereditate, ſi tranſiviit ad ſecunda vota, antequam tutorem alium ei fecerit ordinari.* Salic.

6. Iidem AA. Florentino P. P.

OMnem [40] [matri] ſive ab inteſtato, ſive jure ſubſtitutionis, ſi filius impubes moritur, denegandam volumus ſucceſſionem, ſi ea legitima liberorum tutela ſuſcepta, ad ſecundas contra ſacramentum præſtitum aſſpiravit nuptias, antequam [41] ei tutorem alium fecerit ordinari, eique, quod debetur ex ratione tutelæ geſtæ, perſolverit. Dat. 7. Id. Jul. *Conſtantinopoli*, THEODOSIO A. XVI. & FESTO CONSS. 439.

*De defuncti vel defunctæ matre, fratribus, ſororibus, patruo, patrueli, & patruelis filio. 1. De patre, matre, fratribus, & ſororibus. De ſecundo nubente.*

7. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

SI quis, vel ſi qua, matre ſuperſtite, & fratre vel legitimo, vel ſola cognationis jura habente, inteſtatus, vel inteſtata deceſſerit: non excludi a filii ſucceſſione matrem, ſed una [42] cum fratre mortui, vel mortuæ, ſi ſuperſtes vel filius, vel privignus [43] ipſius ſit, ad eam pervenire, ad ſimilitudinem ſororum mortui, vel mortuæ: ita tamen, ut ſi quidem ſolæ [44] ſorores agnatæ, vel cognatæ, & mater defuncti, vel defunctæ ſuperſint: pro veterum legum tenore dimidiam quidem mater, alteram vero dimidiam [ partem ] omnes ſorores habeant. Sin vero matre ſuperſtite & fratre, vel [45] fratribus ſolis, vel etiam cum ſororibus inteſtatus quis, vel inteſtata moriatur, in capita diſtribuatur ejus hereditas: nec liceat matri occaſione ſororum mortui, vel mortuæ ampliorem partem ſibi vendicare, quam rata portio capitum exigit: patruo ſcilicet mortui, vel mortuæ, & ejus filio, vel nepote nullum jus ad ejus hereditatem (matre ſ ejus ] herede exiſtente) habentibus: nec ex veteribus legibus, vel ex conſtitutionibus partem matris minui. §. 1. Sin autem defuncta perſona non ſolum matrem, & fratres, & ſorores ſuperſtites habeat, ſed etiam [46] patrem: ſi quidem ſui juris deceſſit, quia patris perſona interveniens matris jura ſuperare videtur: omnibus pio animo providentes, fancimus fratres quidem, & ſorores mortuæ perſonæ ad ſucceſſionem proprietatis ſolos pro [47] virili portione vocari: patri autem, & matri uſumfructum [48] totius ſucceſſionis pro beſſe competere, æqua lance inter [49] patrem & matrem dividendum, reliqua parte uſusfructus apud fratres & ſorores remanente. Sin vero defuncta perſona in ſacris patris [1] conſtituta deceſſerit: pater quidem uſumfructum quem & vivente filio habebat, teneat, donec vivat, incorruptum: mater autem, quia [hunc] uſumfructum habere vivente patre non poteſt, totum apud patrem conſtitutum: una cum fratribus defunctæ perſonæ ad proprietatem vocetur, ſcilicet cum ſororibus ſola in dimidia [2], cum fratribus, vel promiſcui [3] generis ſecundum ſupradictam diſtributionem in virilem portionem: Omnibus videlicet, quæ de mulieribus ad ſecundas nuptias migrantibus ſancita ſunt, in ſuo ſtatu durantibus. Dat. Kal. Jun. *Conſtantinop.* JUSTINIANO A. PP. II. CONS. 528.

*Si cum matre concurrant fratres, vel ſorores, vel fratres & ſorores.*

In AUTHENT. de nupt. §. quoniam mater. col. 4. tit. 1. Nov. 22. cap. 47.

ET *cum ſolis fratribus, & cum ſolis ſororibus, & cum permixtis vocantur matres in virilem* [4] *portionem.*

*De exheredatione.*

In AUTHENT. ut cum de appellat. cogn. §. fancimus itaque. §. ſi vero contigerit. col. 8. tit. 16. al. 12. Novell. 115. cap. 4.

IN *teſtamento quoque non licet liberis parentes excludere, niſi juſta cauſa exheredationis inſeratur, quæ ſeptenario numero novæ conſtitutionis diſtribuitur: altoquin reſcinditur teſtamentum circa inſtitutiones: nam in cæteris* [5] *perſeverat* [6].

*De parentibus, fratribus, ſororibus defuncti.*

In AUTHENT. de hered. ab inteſtat. venient. §. conſequens. & §. ſequenti col. 9. tit. 1. Novell. 118. cap. 2.

D*Efuncto ſine liberis filio, parentes, ſi ſoli ſunt, ſuccedunt ſalva gradu* [7] *ſui prærogativa: ſi pari* [8] *gradu ſunt, pariter ſuccedunt: paternis* [9] *quidem dimidia, maternis vero alia dimidia delata, licet ſit diſpar eorum numerus. † Sed ſi cum parentibus fratres & ſorores utrinque defuncti conjuncti ſuperſint: vocantur cum aſcendentibus gradu proximi, ita ut viriles portiones fiant, excluſa prorſus omni differentia ſexus & patriæ poteſtatis, ubi nulla ſecundarum nuptiarum ſit mentio.*

## TIT. LVII.
## AD SENATUSCONSULTUM ORFITIANUM [10].

*De conſanguinei, & matre & filia defunctæ.*

1. Imp. ALEXANDER A. Evangelo.

SI inteſtatæ mulieri conſanguinei exiſtant, & mater [11], & filia; ad ſolam filiam ex Senatusconſulto Orfitiano hereditas pertinet. PP. 15. Kal. Febr. FUSCO II. & DEXTRO CONSS. 226.

*De portionibus.*

2. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Metrodoræ.

NOn pro numero ſuperſtitum mortis matris tempore: ſed ſuccedentium materna ſcinditur hereditas. Quapropter ſi mater veſtra te, & uno fratre emancipatis; duobus autem aliis in patria poſitis poteſtate ſuperſtitibus, diem functa eſt: & hi, qui in poteſtate patris fuerant, priusquam [12] maternam hereditatem ſibi quærerent, rebus humanis exempti ſunt [13]: inter duos tantum viriles non ambigitur factas portiones. S. 7. Kalend. April. *Sirmii*, AA. CONSS.

*Pro herede geſtio.*

3. Iidem AA. & CC. Julianæ.

MAtri inteſtato defunctæ ſecundum Orfitianum Senatusconſultum, citra [14] bonorum poſſeſſionem filia pro herede [15] gerendo, ſuccedere non prohibetur. S. 12. Kal. Novemb. AA. CONSS.

*De liberis & parentibus defuncti, defunctæve.*

4. Imppp. GRATIAN. VALENTINIAN. & THEODOS. AAA. ad Hilarianum [16] P. V.

QUotiens [17] de emancipati filii, filiæve ſucceſſione tractatur: filiis ex his genitis deferatur intacta pro ſolido ſucceſſio; neque [18] ulla [defuncti] defunctæve patri, matrive concedatur inteſtatæ ſucceſſionis hereditas. Dat. 15. Kal. Mart. *Mediolani*, MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS.

*De muliere illuſtri.*

5. Imp. JUSTINIANUS A. Demoſtheni P. P.

SI qua illuſtris [19] mulier filium ex juſtis nuptiis procreaverit, & alterum ſpurium habuerit, cui [20] pater incertus ſit: quemadmodum res maternæ ad eos perveniant, ſive tantummodo ad liberos juſtos, ſive etiam [ad] ſpurios, dubitabatur. Sancimus itaque, ut [21] neque ex teſtamento, neque ab inteſtato, neque ex liberalitate inter vivos habita, juſtis liberis exiſtentibus, aliquid penitus ab illuſtribus matribus ad ſpurios perveniat: cum in mulieribus ingenuis [22], & illuſtribus (quibus caſtitatis [23] obſervatio præcipuum debitum eſt) nominari ſpurios, fatis injuriоſum [24], fatiſque acerbum, & noſtris temporibus indignum eſſe judicemus. Et hanc legem ipſi pudicitiæ [25], quam ſemper colendam cenſemus, merito dedicamus. † Sin autem concubina liberæ conditionis conſtituta filium, vel filiam ex licita [26] conſuetudine ad homine libero [27] habita procreaverit, eos [28] etiam cum legitimis liberis ad materna venire bona, quæ jure legitimo in ſuo patrimonio poſſidet, nulla dubitatio eſt. Dat. 15. Kal. Octob. *Chalced.* DECIO V. C. CONS. 251.

*De mora in libertate præſtanda.*

6. Idem A. Juliano P. P.

QUidam ancillæ ſuæ per fideicommiſſum libertatem reliquit, eo autem, a quo libertas relicta eſt, moram [29] in libertate præſtanda faciente, peperit ancilla; & eſſe [eum] quidem ingenuum puerum, vel puellam qui poſt moram nati ſunt, omnes veteris juris auctores conſentiunt: dubitabatur autem inter eos, ſi matri morienti poſſet ſuccedere: hujusmodi itaque dubitationem eorum decidentes [30], ulterius eam procedere non patimur: ſed fancimus eandem [31] matris progeniem heredem ab inteſtato ei poſſe exiſtere: ſalvo jure legitimo ex auctoritate Senatusconſulti Orfitiani proli ſervando, & tam matre ex Senatusconſulto Tertulliano, quam prole ex Orfitiano Senatusconſulto invicem ad ſuas hereditates venientibus. Dat. Kal. Octob. *Conſtant.* LAMPADIO, & ORESTE, VV. CC. CONSS.

## TIT. LVIII.
## DE [32] LEGITIMIS [33] HEREDIBUS.

*De fratribus & ſororibus.*

1. Imp. ALEXANDER A. Caſſio & Hermionæ.

IN ſucceſſione, quæ titulo conſanguinitatis vel in bonorum poſſeſſione, quæ proximitatis nomine competit, tam fratres [34], quam ſorores pari jure eſſe, licet [35] non [ex] eadem matre ſuſcepti ſunt, jus certum eſt. Nec huic derogatur, quod amitas [36] veſtras ab avo veſtro dotatas [37] fuiſſe proponitis. PP. Non. Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

*De ſeparatione bonorum.*

2. Imp. GORDIANUS A. Tatianæ, & aliis.

SI ejus, quæ vos heredes inſtituit, patri hereditatem non quæſiſtis, poſteaque mortuo patre, ac repudiata [38] ejus hereditate, defunctæ ſucceſſionem agnoviſtis: ea, quæ bonorum ſunt defunctæ, ab his ſeparari, quæ patris veſtri fuerunt, præſes provinciæ non ignorabit. PP. 6. Id. April. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

*De ſorore conſanguinea & filiis fratris.*

*Soror fratris filio anteferetur civili ac prætorio jure ex gradus prioritate.* Bald.

3. Imp. DECIUS A. Aſclepiodotæ.

CONſanguinitatis jure, & fœminas [39] ad inteſtatorum ſucceſſionem admitti poſſe, explorati [40] juris eſt. Proinde cum fratris tui inteſtato [41] mortui ad te conſanguinitatis jure hereditas pertineat: nulla ratione alterius [42] fratris tui filii ad eandem ſucceſſionem adſpirare deſiderant: nam & ceſſante jure agnationis in perſona omnium, prætorii juris beneficio ad te potius, quæ ſecundum gradum obtines, hereditas pertinet, quam ad fratris tui filios, qui in tertio gradu conſtituti ſunt. PP. 2. Non. Decemb. DECIO A. & GRATO CONSS. 251.

*De fratribus, & filiis fratrum, & his qui poſt eos vocantur.*

In AUTHENT. de hered. ab inteſtato venient. §. reliquum. col. 9. tit. 1. Novell. 118. cap. 2. & ut fratrum fil. §. 1. col. 9. tit. 10. al. 7. Novell. 127. cap. 1.

CESſante [43] *ſucceſſione linеæ deſcendentis, & ejus quæ ſola ſit aſcendentis, vocantur primo* [44] *fratres, fratriſque præmortui filii in ſtirpes. Dico autem de fratre, ejusque fratris filiis, qui ex utroque*



1 Impp. Honorius & Theodoſius AA. *Cod. Theod. C. Theod. de legit. her.* 2 *Maximo præfecto urbi, l. 5.* 3 Adde *l. 1. §. 4. ff. de ſuis.* 4 Materna, ita extat in C. Theod. *d. l. 5.* & ita legi in Baſilicis *lib.* 45. Cujac. 13. *obſ.* 7. notat. & rectius, ut ſit ſenſus, Adelon poſſ emancipationem matris jure civili avo materno ſuccedere, aviæ paternæ, vel maternæ non ſuccedere. ad hæc fruſtra quæri, *mater* an fuerit emancipata, quia avia (ut & quævis mulier) familiæ poteſtatem non habet. *l. 13. ff. de ſuis. l. 8. ff. de præſcript. longi temp. Leon. Nov. 25.* De emancipatione adde *l. 7. C. Th. l. 1.* 5 Dat. 5. Kal. Octob. Ravennæ, Theod. A. 9. & Conſtantino 3. Coſſ. C. Theod. 6 In ſucceſſione ab inteſtato, deſcendentes aſcendentibus præferuntur, *ut hic, & §§. Eel. 2. c. 32. l. 2. §. 6. ff. ad SC. Tertull. §. 3. Auth. de SC. Tertull. Novv. 118. c. 1. Lex 8. in fin. C. Theod. de legit. her.* eſtque hæc lex pars *legis* 5. *ad SC. Tertull.* 7 Liberi ipſo jure parentibus ſuccedunt. 8 Abrogatur pars *leg.* 9. *ſuper. eod.* & ſimiles, de quibus *ibi dixi.* 9 Deſcendentium appellatione in infinitum deſcendentes intelliguntur: ut hac voce fideicommiſſi progreſſum in infinitum intelligimus. 4. Simeon. de Præſt 3. *de interpret. 3. dubitat. 1. ſolutio-ne* 10. veluti ſi dixero: *Bona mea ad deſcendentes meos pervenire volo & ideo alienari veto.* longiſſimo etiam gradu deſcendentes eo fideicommiſſo continebuntur. Bellovilanus *Nov. de reſtitut. 39. 8. nec igitur* Altes. 1. *Conſil.* 56. Natta *Conſil.* 437. 10 *Nov.* 18. *c.* 4. *Nov.* 118. *c.* 1. 11 *l.* 7. 8. *de legib.* 12 In ſucceſſione defuncti liberi omnibus præferuntur. 13 Primo gradu liberi inter ſe æqualiter ſuccedunt. 14 Nepotes inter ſe vel cum patruis vel cum amitis ſuccedunt in ſtirpes. *l. 3. §. fin. ff. h. t.* 15 Confirmatur *lex ult. ſuper. eod. l. 9. ſuper. h. t.* & ſimillibus legibus abrogatis.

17 Dixi ad *L.* 38. *D.* 17. quo matres ſuccedunt liberis ab inteſtato mortuis nulla relicta prole. 18 Theodoſio videtur hæc lex tribui. *Nov.* 168. 19 Major infante per ſe matris hereditatem poteſt petere, vid. *l.* 18. 8. *de jur. delib.* 20 Hoc innuit, Etiamſi filius infans ex SC. Orphitiano matri non ſuccedebat, utili per patrem aut tutorem: ex Tertylliano tamen, matrem cujusque ætatis filio ſuccedere. 21 Parentes, filiis ſine liberis & fratribus mortuis ſuccedunt, *ut hic*: Verum lege Hiſpanica patrem ſuccedere filio notat Dienacius *reg.* 364. fratre defuncti excluſo: Ubi etiam notat alia lege Hiſpanica, filium qui nullos habeat liberos, patrem vel matrem onerare non poſſe, nili ad tertiam bonorum partem, præterquam in locis & civitatibus, quæ bona radici, hoc eſt, genui addicunt. 22 In ſucceſſione filii pater præfertur matri. *ut hic, & l. 2. §. 15. ff. h. t. §. 3. Inſt. eod. l. 10. ff. de ſuis.* hodie non præfertur. *l. ult. §. 1. infr. h. t.* 23 *l. 10. ff. de juſt. manumiſſ.* filium, qui emancipat. 24 Mater quæ filio tutorem non petit, filio non ſuccedit, ſi quidem is impubes deceſſit: ſi pubes, ſuccedit. *l. 6. ff. h. t.* 41. *Eel. 1. c. 32.* adde *l. 2. §. 1. l. 4. §. 2. ff. qui petant tutor. l. 2. ſuper. ff. adverſ. delict. &* 5. Harm. §. 9. 52. 25 De præſcriptione, id eſt, exceptione, non petiti tutoris: Præſcriptio enim exceptio: hinc liber Tertulliani *de præſcript. adverſus hæret.* id eſt, de defenſionibus & exceptionibus adverſus hæreticos. 26 Religionem viro mortuo uxor debet, hoc eſt, intra annum luctus alteri nubere non debet. 27 Intra annum luctus ſc. vid. *l. 1. §. de fer. nupt.* Nuptiarum feſtinatarum hæc eſt matri pœna, ut ſat infamis (niſi princeps ei infamiam remittat) quin ut princeps remittat, dimidiam bonorum quæ tempore nuptiarum habuerit amittit, liberis adquirendam, ne retento quidem uſufructu & eo quidem amplius, ut ſi unus liberorum decedat, fratres ſuperſtites ei defuncto ſuccedant. quod ſi univerſi inteſtato mortui ſint, duræ fortunæ ad matrem ſolatia revertentur, hoc eſt, ſucceſſio liberorum ad matrem revertetur. *Synopſ. Baſil. 45. tit. 1. c. 32. Novell. 22. c. 22. verſ. ſed neque.* adde quæ dixi ad *l. 15. 3. de ſuis conſ. infans.*

29 Princeps notam infamiæ poteſt remittere. 30 Mortem inteſtigit, quum priores non fato, ſed Dei providentiæ attribuunt. 31 Et ita fratres matres excludebant, *ut hic, & §. 3. verſ. Fratres. Inſt. eod.* hodie non excludunt. *L. 7. inſt. h. t.* 32 Vid. *l. 28. ſuper. de inoffic. l. ult. ſuper. de inoff. l. 15. ff. de inoffic. t. 7. in fin. ff. unde liberi. l. 26. in fin. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. l. 78. ff. de cond. & dem.* 33 *Synopſ. Baſil. 45. tit. 1. cap. 3.* 34 Quæ hodie jus liberorum defuncto ac. *l. 8. C. Theod. de legit. her.* 35 Quid ſi ante mortem filii? olim in omnibus bonis filii, cum profectitiis: tum adventitiis ſolum habebat uſumfructum. *l. 3. in fin. ſuper. de ſecund. nupt.* Hodie id immutatum eſt, ut mox dicetur. 36 Matter nubens poſt mortem filii, pro ſua parte adventitia filii bona pleno jure capiebat, profectitia autem ſolum uſusfructus tantum jure. *ut hic:* Hodie mater cum fratribus & ſororibus defuncti ſuccedit in virilem pleno jure in bonis adventitiis & profectitiis, ſive in vitalitate permanſerit, ſive ad ſecundas nuptias venerit ante vel poſt mortem filii. vid. *Novv. 2. c. 3.* 37 Id eſt, adventitia filii. 38 *Novv. 22. c. 40. l. 10. 3. de legit. her.* 39 Vox *fratrilus*, deeſt in C. Theod. quod a Triboniano mutatum, placuit enim Juſtiniano, ut & cum *ſororibus* mater veniret in virilem. 40 Si mater non iteratarum & nuptias prompteri, legitimaque filii tutela ſuſcepta, ſecundum poſtea matrimonium contraxerit, filio qui deceſſit impubes, non ſuccedet, ne quidem a patre ſubſtituta: niſi prius ei tutorem petierit, & quæcunque debentur ex ratione geſtæ tutelæ perſolverit. *Synopſ. Baſil. 45. tit. 1. c. 33.* vid. *l. 3. §. 10. ff. de legit. her.* 5. Harm. 8. §. 92. 41 *l. 3. ſuper. h. t.* Mater tutrix filii privatur ejus hereditate, ſi nuptiæ iterum antequam ei tutorem petierit, & ita ceſſat Tertyllianum, *ut hic & Novell. 22. c. 40. verſ. & l. 10.* adde *l. 6. §. in quib. cauſ. ſigu.* 42 Olim fratre defuncti ejus matrem excludebat. *l. 4. verſ. quem quidem. ſuper. h. t. §. 3. verſ. frater. Inſtit. eod.* hodie non excludit, *ut hic & Nov. 22. c. 47. §. 2. Nov. 118. c. 2.* 43 Vid. Cujac. 12. *obſ. 7.* 44 Si defuncti mater & ſolæ ſorores exſtabant, mater in conſilium ſuccedebat, reliquæ ſorores in alium ſemiſſem, *ut hic:* hodie in virilem. *Novv. 22. c. 47. Auth. & cum ſolis. l. eod.* 45 Si defuncto mater & fratres, vel mater, fratres, & ſorores fuerint, mater virilem obtinet. 46 Si defuncto pater, mater, fratres, & ſorores exſtiterint, quomodo ſucceditur? Si defunctus ſui juris fuit, integra proprietas ad fratres, dimidia uſusfructus ad patrem & matrem defuncti, *ut hic*: altera dimidia ad reliquos fratres defuncti deferebatur, *ut hic.* Paulo poſt integer uſusfructus patri attribuitur fuit. 13. *de legit.* Tandem uſus loco, virilis proprietatis potiti data eſt. *Novv. 118. c. 2.* Si vero defunctus ſui juris non fuit, uſusfructus integer patri ſoli adquirebatur, *ut hic*: quod tamen innuimus eſt, ut mox dicam. Proprietas vero adquirebatur patri & dimidia uſusfructus, ſi ſolis ſororibus defuncti concurrit: virilis, ſi cum fratribus ſolis aut cum fratribus ſimul & ſororibus defuncti concurrebat. 47 *l. 11. ſuper. fam. ercis.*

48 Al. *Uſusfructus totius ſucceſſionis ſemiſſem competere.* quæ lectio eſt ſinceta. 49 Olim pater matri præferebatur, & ita abrogatur *l. 2. §. 15. ff. h. t. §. 3. verſ. pater. Inſt. eod. l. 2. ſuper. h. t. l. 10. ff. de ſuis & legit.*



dendum, reliqua parte uſusfructus apud fratres & ſorores remanente. Sin vero defuncta perſona in ſacris patris [1] conſtituta deceſſerit: pater quidem uſumfructum quem & vivente filio habebat, teneat, donec vivat, incorruptum: mater autem, quia [hunc] uſumfructum habere vivente patre non poteſt, totum apud patrem conſtitutum: una cum fratribus defunctæ perſonæ ad proprietatem vocetur, ſcilicet cum ſororibus ſola in dimidia [2], cum fratribus, vel promiſcui [3] generis ſecundum ſupradictam diſtributionem in virilem portionem: Omnibus videlicet, quæ de mulieribus ad ſecundas nuptias migrantibus ſancita ſunt, in ſuo ſtatu durantibus. Dat. Kal. Jun. *Conſtantinop.* JUSTINIANO A. PP. II. CONS. 528.

*Si cum matre concurrant fratres, vel ſorores, vel fratres & ſorores.*

In AUTHENT. de nupt. §. quoniam mater. col. 4. tit. 1. Nov. 22. cap. 47.

ET *cum ſolis fratribus, & cum ſolis ſororibus, & cum permixtis vocantur matres in virilem* [4] *portionem.*

*De exheredatione.*

In AUTHENT. ut cum de appellat. cogn. §. fancimus itaque. §. ſi vero contigerit. col. 8. tit. 16. al. 12. Novell. 115. cap. 4.

IN *teſtamento quoque non licet liberis parentes excludere, niſi juſta cauſa exheredationis inſeratur, quæ ſeptenario numero novæ conſtitutionis diſtribuitur: altoquin reſcinditur teſtamentum circa inſtitutiones: nam in cæteris* [5] *perſeverat* [6].

*De parentibus, fratribus, ſororibus defuncti.*

In AUTHENT. de hered. ab inteſtat. venient. §. conſequens. & §. ſequenti col. 9. tit. 1. Novell. 118. cap. 2.

D*Efuncto ſine liberis filio, parentes, ſi ſoli ſunt, ſuccedunt ſalva gradu* [7] *ſui prærogativa: ſi pari* [8] *gradu ſunt, pariter ſuccedunt: paternis* [9] *quidem dimidia, maternis vero alia dimidia delata, licet ſit diſpar eorum numerus. † Sed ſi cum parentibus fratres & ſorores utrinque defuncti conjuncti ſuperſint: vocantur cum aſcendentibus gradu proximi, ita ut viriles portiones fiant, excluſa prorſus omni differentia ſexus & patriæ poteſtatis, ubi nulla ſecundarum nuptiarum ſit mentio.*

## TIT. LVII.
## AD SENATUSCONSULTUM ORFITIANUM [10].

*De conſanguinei, & matre & filia defunctæ.*

1. Imp. ALEXANDER A. Evangelo.

SI inteſtatæ mulieri conſanguinei exiſtant, & mater [11], & filia; ad ſolam filiam ex Senatusconſulto Orfitiano hereditas pertinet. PP. 15. Kal. Febr. FUSCO II. & DEXTRO CONSS. 226.

*De portionibus.*

2. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. Metrodoræ.

NOn pro numero ſuperſtitum mortis matris tempore: ſed ſuccedentium materna ſcinditur hereditas. Quapropter ſi mater veſtra te, & uno fratre emancipatis; duobus autem aliis in patria poſitis poteſtate ſuperſtitibus, diem functa eſt: & hi, qui in poteſtate patris fuerant, priusquam [12] maternam hereditatem ſibi quærerent, rebus humanis exempti ſunt [13]: inter duos tantum viriles non ambigitur factas portiones. S. 7. Kalend. April. *Sirmii*, AA. CONSS.

*Pro herede geſtio.*

3. Iidem AA. & CC. Julianæ.

MAtri inteſtato defunctæ ſecundum Orfitianum Senatusconſultum, citra [14] bonorum poſſeſſionem filia pro herede [15] gerendo, ſuccedere non prohibetur. S. 12. Kal. Novemb. AA. CONSS.

*De liberis & parentibus defuncti, defunctæve.*

4. Imppp. GRATIAN. VALENTINIAN. & THEODOS. AAA. ad Hilarianum [16] P. V.

QUotiens [17] de emancipati filii, filiæve ſucceſſione tractatur: filiis ex his genitis deferatur intacta pro ſolido ſucceſſio; neque [18] ulla [defuncti] defunctæve patri, matrive concedatur inteſtatæ ſucceſſionis hereditas. Dat. 15. Kal. Mart. *Mediolani*, MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS.

*De muliere illuſtri.*

5. Imp. JUSTINIANUS A. Demoſtheni P. P.

SI qua illuſtris [19] mulier filium ex juſtis nuptiis procreaverit, & alterum ſpurium habuerit, cui [20] pater incertus ſit: quemadmodum res maternæ ad eos perveniant, ſive tantummodo ad liberos juſtos, ſive etiam [ad] ſpurios, dubitabatur. Sancimus itaque, ut [21] neque ex teſtamento, neque ab inteſtato, neque ex liberalitate inter vivos habita, juſtis liberis exiſtentibus, aliquid penitus ab illuſtribus matribus ad ſpurios perveniat: cum in mulieribus ingenuis [22], & illuſtribus (quibus caſtitatis [23] obſervatio præcipuum debitum eſt) nominari ſpurios, fatis injuriоſum [24], fatiſque acerbum, & noſtris temporibus indignum eſſe judicemus. Et hanc legem ipſi pudicitiæ [25], quam ſemper colendam cenſemus, merito dedicamus. † Sin autem concubina liberæ conditionis conſtituta filium, vel filiam ex licita [26] conſuetudine ad homine libero [27] habita procreaverit, eos [28] etiam cum legitimis liberis ad materna venire bona, quæ jure legitimo in ſuo patrimonio poſſidet, nulla dubitatio eſt. Dat. 15. Kal. Octob. *Chalced.* DECIO V. C. CONS. 251.

*De mora in libertate præſtanda.*

6. Idem A. Juliano P. P.

QUidam ancillæ ſuæ per fideicommiſſum libertatem reliquit, eo autem, a quo libertas relicta eſt, moram [29] in libertate præſtanda faciente, peperit ancilla; & eſſe [eum] quidem ingenuum puerum, vel puellam qui poſt moram nati ſunt, omnes veteris juris auctores conſentiunt: dubitabatur autem inter eos, ſi matri morienti poſſet ſuccedere: hujusmodi itaque dubitationem eorum decidentes [30], ulterius eam procedere non patimur: ſed fancimus eandem [31] matris progeniem heredem ab inteſtato ei poſſe exiſtere: ſalvo jure legitimo ex auctoritate Senatusconſulti Orfitiani proli ſervando, & tam matre ex Senatusconſulto Tertulliano, quam prole ex Orfitiano Senatusconſulto invicem ad ſuas hereditates venientibus. Dat. Kal. Octob. *Conſtant.* LAMPADIO, & ORESTE, VV. CC. CONSS.

## TIT. LVIII.
## DE [32] LEGITIMIS [33] HEREDIBUS.

*De fratribus & ſororibus.*

1. Imp. ALEXANDER A. Caſſio & Hermionæ.

IN ſucceſſione, quæ titulo conſanguinitatis vel in bonorum poſſeſſione, quæ proximitatis nomine competit, tam fratres [34], quam ſorores pari jure eſſe, licet [35] non [ex] eadem matre ſuſcepti ſunt, jus certum eſt. Nec huic derogatur, quod amitas [36] veſtras ab avo veſtro dotatas [37] fuiſſe proponitis. PP. Non. Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

*De ſeparatione bonorum.*

2. Imp. GORDIANUS A. Tatianæ, & aliis.

SI ejus, quæ vos heredes inſtituit, patri hereditatem non quæſiſtis, poſteaque mortuo patre, ac repudiata [38] ejus hereditate, defunctæ ſucceſſionem agnoviſtis: ea, quæ bonorum ſunt defunctæ, ab his ſeparari, quæ patris veſtri fuerunt, præſes provinciæ non ignorabit. PP. 6. Id. April. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

*De ſorore conſanguinea & filiis fratris.*

*Soror fratris filio anteferetur civili ac prætorio jure ex gradus prioritate.* Bald.

3. Imp. DECIUS A. Aſclepiodotæ.

CONſanguinitatis jure, & fœminas [39] ad inteſtatorum ſucceſſionem admitti poſſe, explorati [40] juris eſt. Proinde cum fratris tui inteſtato [41] mortui ad te conſanguinitatis jure hereditas pertineat: nulla ratione alterius [42] fratris tui filii ad eandem ſucceſſionem adſpirare deſiderant: nam & ceſſante jure agnationis in perſona omnium, prætorii juris beneficio ad te potius, quæ ſecundum gradum obtines, hereditas pertinet, quam ad fratris tui filios, qui in tertio gradu conſtituti ſunt. PP. 2. Non. Decemb. DECIO A. & GRATO CONSS. 251.

*De fratribus, & filiis fratrum, & his qui poſt eos vocantur.*

In AUTHENT. de hered. ab inteſtato venient. §. reliquum. col. 9. tit. 1. Novell. 118. cap. 2. & ut fratrum fil. §. 1. col. 9. tit. 10. al. 7. Novell. 127. cap. 1.

CESſante [43] *ſucceſſione linеæ deſcendentis, & ejus quæ ſola ſit aſcendentis,

*parente contingunt eum, de cujus hereditate nunc agitur: quæ personæ veniunt, & [1] sine defunctâe nunc personæ parentibus, & cum proximis gradu ascendentibus. Et quidem prædicti fratris filius, & si [2] tertio gradu sit, præfertur fratribus defuncti, qui ex uno tantum parente cognati sunt. In hac successione omnis differentia sexus, & emancipationis cessat.*

In AUTHENT. de hered. ab intest. §. his autem non. & §. illud. col. 9. tit. 1. Novell. 118. cap. 3.

*Post fratres autem ex utroque parente, & eorum filios admittuntur ex uno [3] latere fratres, sororesve: cum quibus & filii eorum, si qui ex eis jam decesserint. † Hi autem fratrum filii cum patre sint defuncti fratribus, præferuntur [4] proculdubio ejusdem defuncti patruis, & aliis similibus: & in his successionibus omnino cessat sexus, & agnationis ratio.*

In AUTHENT. de hered. ab intest. venient. §. Si vero neque. col. 9. tit. 1. Novell. 118. cap. 3.

*Post fratres, fratrumve filios vocantur quicunque gradu sunt proximiores [5]: ut pares [6] in gradu pariter admittantur, sublata differentia masculorum, & [7] fœminarum. Sola namque cognatio spectatur in talibus. Fiet autem divisio [8] in capita [9] & non in stirpes [10].*

*Si testamentum non valet.*

4. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Cæcilio.

SI aut nullum [11] testamentum nepos patrui tui ordinavit, aut intra quatuordecim annos constitutus fecit, & agnationis jure successio ejus tibi delata est: etiam citra [12] bonorum possessionis subsidium legitimo jure subnixus es. PP. Idib. Jul. ipsis AA. IV. & III. CONSS. 290.

*De agnatione, & cognatione.*

5. Idem AA. & CC. Cupillæ.

AD intestati successionem agnationis [13] quam proximitatis jure venientes haberi potiores, certum est. Supp. 16. Kal. Jul. *Sirmii*, AA. CONSS.

*Si suus heres abstineat, vel repudiet.*

6. Idem AA. & CC. Claudianæ.

DEfunctis, suis extantibus heredibus, & abstinentibus, vel repudiantibus hereditatem, frater [14] jure consanguinitatis succedere potest. Suppos. Kal. Januar. AA. CONSS.

*De patruo, & matertera.*

7. Idem AA. & CC. Amiano.

PAtruo, ac materteræ tertio constitutis gradu non pariter intestati successio defertur, sed patris [15] frater agnationis jure sorori matris anteponitur. S. 17. Kal. Mart. *Sirmii*, CC. CONSS.

*De defunctis apud hostes.*

8. Idem AA. & CC. Silano.

SI his, de quorum successione agitur, apud [16] hostes defunctis, secundum legis Corneliæ beneficium jure agnationis adita hereditate, vel petita bonorum possessione successisti; eorum subsitantiam vindicare non prohiberis. S. Non. Jul. *Sirmii*, AA. CONSS.

*De sorore, & avia.*

9. Idem AA. & CC. Demagoræ.

IN successione intestatæ, sororem [17] quam aviam, vel avum maternum, haberi potiorem non ambigitur. S. 6. Kal. Jul. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

*De tutore non petito.*

10. Impp. THEOD. & VALENT. AA. ad Florentium P. P.

SCiant, qui ad successionem vocantur pupilli mortui, si defuncto ejus patre, tutorem [18] ei secundum legem non petierint intra annum, omnem eis, sive ab intestato, sive jure substitutionis, successionem ejus, si impubes moritur, denegandam esse. Dat. 5. Id. Jul. *Constantinop.* THEODOSIO A. XVII. & FESTO CONSS. 439.

*De emancipatis.*

11. Imp. ANASTASIUS A. Constantino P. P.

SI ab eo, qui ex [19] sacro rescripto secundum nostram constitutionem [20] fieri postulaverit emancipationem liberorum, petitum sit, quatenus ei, qui emancipandus emancipandave est, minime legitima jura per emancipationem extinguantur: eadem jura tam emancipato vel emancipatæ contra personas alias hoc modo sibi conjunctas, quam [21] aliis itidem contra eum vel eam in hereditatibus, vel in successionibus, & tutelis, necnon cæteris serventur intacta [22]: Collationibus [23] tam ab his secundum ea quæ super emancipatis statuta sunt, quotiens talis casus emerserit, utpote peracta emancipatione, faciendis. Dat. 15. Kal. August. PROBO & AVIENO JUN. CONSS. 503.

*De nato ex majore quinquagenaria.*

12. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

SI major quinquagenaria [24] partum ediderit, si [25] debet hujusmodi soboles suo patri succedere, & hereditatem ejus nancisci, a Cæsariana [26] advocatione interrogati fumus. Et sancimus, licet mirabilis [27] hujusmodi partus inveniatur, & raro [28] contingat; nihil tamen eorum, quæ probabiliter [29] a natura nosciuntur esse producta, respui: sed omne jus quod ex quacunque lege liberis præstitum est, hoc merum atque immutilatum hujusmodi [30] filiis, vel filiabus servari in omnibus successionibus: sive ex testamento, sive ab intestato, & summatim, non absimiles aliis fiant, quos similes natura efficit: maxime cum & anteriore [31] nostra lege hujusmodi nuptias permisimus, imparesque [32] eas videri minime concedentes. Dat. 9. Kal. Nov. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. Anno secundo. 532.

*Qui succedunt emancipatis.*

13. Idem A. Joanni P. P.

DE emancipatis filiis, qui [ex] sacro [33] rescripto patribus impertito hoc a suis genitoribus meruerunt, dubitatum est. §. 1. Cum [enim] Anastasiana lex [34] jura fratribus legitima noscitur servare: si quis ex his fine testamento & liberis decesserit, utrumne ad fratrem, vel ad sororem ejus successio devolvatur, an ad superstitem patrem, [dubitabatur,] hujusmodi dubitationem compendioso responso dutimus esse finiendam. Ideoque sancimus ad similitudinem maternarum rerum aliarumque, de quibus jam a nobis lex [35] posita est, etiam hujusmodi hereditatem jure quidem dominii ad fratres, vel sorores in totum pervenire, usumfructum [36] autem [ejus] patri totum [37], sive priorem eorum servaverit, sive ad secundas migraverit nuptias, adquiri: sive per sacrum oraculum emancipatio procedat, sive alio legitimo modo a sacris [38] paternis fuerint absoluti. §. 2. Cum enim & pater utitur usufructu, & votum [39] ejus est, ad alios filios suas res pervenire; ea propter cum ex lege Anastasiana in alium articulum fratribus prospectum est, nunc a nobis in hac specie plenius [eis] subvenitur: ut pater habeat usumfructum [40], fratres autem vel sorores dominium rerum relictarum: exceptis maternis [41] rebus, in quibus si ex eadem matre fratres vel sorores sint, eos solos [42] vocari oportet. Sin autem non superfint, tunc ad similitudinem aliarum rerum in totam fraternitatem dominium earum cedere, ut sit apertissimus in omnibus tractatus, & non per differentiam personarum, vel rerum vaclare nosctatur. Dat. Kal. Novemb. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. Anno secundo. 532.

*De differentia inter masculos, & fœminas sublata. De filiis sororis.*

14. Idem A. Joanni P. P.

LEge [43] duodecim [44] tabularum bene humano generi prospectum est, quæ unam consonantiam tam in maribus quam in fœminis de eo dicendum videretur, quod de natis contra naturam. Quibusdam etiam videtur ea ætate contrahæ nuptiæ minus justæ ac legitimæ: *l. 27. supr. de nuptiis.* proinde & ex ea conjunctione nati injusti liberi & successione matrum alieni. 25 De Cæsariana advocatione, ad quam Justinianus noster multas constitutiones conscripit, adde *l. ult. supr. de patriis.* sunt qui Cappadociæ Cæsaream hic accipiunt, quæ Charondæ legum primum artium doctissimoque interpretes habuit. de qua Strabo 12. sed tamen videtur Palæstinæ fuisse *arg. l. penult. infr. de fideic.* 27 Nam mulier eo tempore pro liberis habetur. *l. 21. D. de act. empt.* 28 De his quæ raro fiunt, commuuiter jus aut lex constituti non solet. *l. 3. D. de legib. l. 64. D. de reg. jur.* fit tamen interdum. *l. 12. D. de senatorib. l. 7. §. 3. D. de adq. rer.* 29 Probabilia jurisconsultus admittit. 30 Partus natus ex muliere etiam quinquagenaria, est legitimus, & ideo ad successionem admittitur. 31 *L. 27. D. de nuptiis*: dixi ad Ulp. 16. §. 3. 32 Seu impar matrimonium, Ulp. *d. loco.* 33 Vide *l. 11. supr. lo. t.* 34 *L. 5. § ult. D. de emancipat. & d. l. 11.* 35 *L. ult. D. comm. de succession.* 36 Hodie pater virilem proprietatis cum fratribus defuncti concurrens obtinet. *Novell.* 118. *c. 2. verf. Si vero.* 37 Quia femis adquirebatur. *l. 7. §. ult. ad SC. Tert.* 38 De sacris paternis dixi plenius ad *l. fo. §. 1. D. de adoptionib.* 39 *L. 50. §. 2. in fin. D. de bon. libert.* 40 Hodie virilem proprietatis, *d. c. 2.* dixi ad *l. ult. supr. de fust.* 41 In maternis rebus uterni præferuntur. 42 Hinc illa regula, Paterna paternis, materna maternis. *Nov. 84. c. 1. §. 2.* quam immutat *Novell.* 118. *c. 2.* vult enim fratres conjunctos ex utroque latere uterinis, vel paternis tantum præferri. Extantibus uterinis tantum, & paternis tantum dividi hereditatem debuerant in semisses, nulla habita ratione originis [non-rum: quin cognatus, fi proximior fuerit, excludit agnatum. *Novell.* 118. *c. 3. Auth. Post fratres. ad. eod.* quod & in Gallize regionibus juri scripto subjectis servatur. Hot. *consil.* 25. In aliis regionibus Galliæ, paterna paternis, materna maternis deferuntur. vid. Hot. *in.* Post igitur, patruelis mei filio bona quædam paterna fuisse: eisdem Franciscum nepotem ex fratre uterino fuiceptum fuisse: uter potior in illius paternis? Egone, an vero nepos defuncti fratre uterino Francifcus? Paponius 21. *Arreft. n.* 17. & Lucius 8. *Arreft.* 12. *num.* 4. referunt contra neporem judicatum fuisse, cum hic agatur de bonis paternis, idque ita judicant Galli ex hac lege. Quod ut plenius intelligamus, rem paucis explicamus: Titius ex Sempronia duos filios genuit, Mævia ex Sempronio CD. Sempronius ex Cæsa EF. Quod ad hujusmodi personas attinet, AB. sunt inter se consanguinei; CD. inter se quoque consanguinei: EF. inter se quoque consanguinei. AB. ad CD. uterini, ad EF. nihil. CD. ad EF. paterni. Ponte C. moriuntur, relictis bonis paternis, maternis, & adventitiis, & ut frater consanguineus excludet AB. uterinos tantum, & EF. paternos tantum. Finge D. poltmodum mori relictis bonis paternis, maternis, & adventitiis: AB. collegerint patrem ex hac lege; EF. paterna. Hodie res agitur simplicius. Tota hereditas defuncti D. inter paternos, & uterinos æqualiter dividitur, ut unum medium ferant paterni, alteram materni. *Novell.* 118. *c. 2.* 43 Lex 12. tabularum nulla differtione facta fuccellionem defert. Paul. 4. *sentent.* 8. §. 3. adde §. 3. *verf. & hæc quidem. Inst. de legagnat. succeff.* dixi ad *l. 12. tab. lh. 2. tit. 20.* §. 6. & 21. *l.* 4. §. *de lib. præterito.* 44 Huic legi contraria eft lex Salica Francica *tit. de Allode.* qua cautum fuit, ut ne ulla portio terræ Salicæ ad fœminas deferretur, de qua vide quæ in utramque partem disputat Pyrrhus *difp.* 3. *de lege Salica*, & regni fucceffione.

legiti-

1 Id eft, five non concurrant aícendentibus, five concurrant. 2 Fratris ex utroque parente mihi conjuncti filius, fratri meo uterino, vel paterno tantum meam evincit hereditatem, id eft, Fratri uterino, vel paterno potior eft, quod ad jus mihi fuccedendi, ut hoc cafu qui tertio gradu fuerit, eo fit potior qui fecundo fuerit. Tanta vis eft repræfentationis, ut cujus parens uterinum mihi fratrem femel antecefferit, eundem filius antecedat. Non abfimiliter plerisque in locis fieri folet inter nobiles præferim illuftres, apud quos primogenito natus in linea collaterali, patruos etiam proximiores defuncto excludit. 3 Poft liberos, poft afcendentes, poft fratres ex utroque latere conjunctos, poft nepotes ex fratre utroque latere conjunctos, fratres fororesve ex uno tantum parente fratris fororíve uterinorum, vel ex patre tantum liberi, fuccedunt, funtque potiores patruis defuncti, quod & jure fit. Defcendit enim fucceffio magis quam afcendit. 4 Nepos ex fratre meo licet uterino tantum, vel paterno tantum, mihi fuccedit, & patruo meo præfertur, eumque excludit. 5 Ut funt patrui, amitæ, materteræ, & ab his patrueles, confobrini, amitini: Exempli gratia, fi mihi patruus fit Titius, patruelis vero Mævius, patruus patruele potior, nec immerito, cum patruus patruele fit proximior. Patrui enim filius, patruelis, nec ad patruelem, nifi per patruum pervenitur. 6 Gradu pares, jure pares. 7 Id eft, agnationis, & cognationis. 8 Plures patrui, avunculi, amitæ, materteræ, patrueles, amitini, confobrini, patrui magni, & deinceps inter fe vel alii cum aliis concurrentes fuccedunt in capita non in ftirpes. 9 Ut quot funt perfonæ, tot fint portiones. 10 *l. 1. ff. de fuis.* 11 Paria funt, nullum, & inutile. 12 Hereditas agnati jure civili delata adiri poteft fine bonorum poffeffione. adde *l. 3. §. ad SC. Orphitian. l. 3. ff. unde legit.* 13 Hodie adgnati non funt potiores, *Authent. poft fratres Fratrumque filios. fupr. eod. Nov.* 118. *c.* 3. 4. 14 Filiis fe abftinentibus vel repudiantibus fratres fuccedunt. 15 Patruus anteponitur materteræ, *ut hic.* hodie non anteponitur. vide *d. Nov.* 118. 16 Adgnati vocantur ad fucceffionem defuncti apud hoftes, beneficio legis Corneliæ. adde *l. 12. ff. qui teftamen.* 17 Hodie forores non anteponuntur aviæ & aviæ maternis. *Nov.* 118. *c.* 2. *Auth. defunctis. fupr. ad SC. Tertyll.* 18 Pœna hæc eft cognati intra annum cognato pupillo tutorem non petentis, ut ei impuberi morienti five ab intefato, five jure fubftitutionis non fuccedat. *Synaff. Baffil.* 45. *tit.* 1. *c.* 42. *§.* Harmen. 8. §. 92. fumptum autem hoc eft ex Nov. Theodof. *de tut.* 5. *l.* 6. *in fin. fupr. ad SC. Tert. l.* 6. *I. in quibus caufi. pignus. l.* 2. 8. *quando mulier tut.* adde *Nov.* 22. *c.* 40. 19 De emancipatione ex facro refcripto dixi ad *l.* 15. *fupr. de collat.* adde *l.* 13. *J. h. t.* 20 *l.* 5. *J. de emancipation.* 21 Refcriptum principis refervans emancipatus jura adgnationis five fuccedendi, intelligitur refervare tam active quam paffive. *Salic.* 22 *l. ult. J. eodem.* 9. *ult. Inft. de legit. adgnat. fucceff. l.* 4. *fupr. de legit. tut. l.* 5. *fupr. de curat. fur.* 23 Hæc verba ad finem usque legis Acciarfius non agnofcit & abfunt quoque ab interpretatione: *xarà πόδας.* Cuiac. 18. *obf.* 18. 24 De parta quinquagenario adde exemplum Conftantiæ uxoris Henrici V. Imperatoris, quæ ea ætate peperit vide Fazellum, 8. *rerum Sicularum.* adde *l.* 15. §. 2. *ff. de adopt.* 16. Ulp. *ult. l.* 27. *fupr. de nuptiis.* Goth. Vid. Navifan. *Sylv. nupt. lib.* 2. *n.* 17. Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 2. *cas.* 89. Thofolan. *de Republ. lib.* 7. *cap.* 16. *n.* 17. Molin. *ad conſuetud. Pariſ. tit. des fiefs. num.* 92. Anf. 25 Ratio dubitandi fortaffis videbetur, quod hujusmodi partus infolitus & quafi contra naturam, & idem



legitimis, & in eorum successionibus, necnon & in liberis observandum esse existimavit: nullo [1] discrimine in successionibus habito, cum natura [2] utrumque corpus ediderit, ut maneat suis vicibus immortale [3], & alterum [4] alterius auxilio egeat, & uno femoto, & alterum corrumpatur. Sed posteritas dum nimia utitur subtilitate [5], non piam induxit differentiam, sicut Julius Paulus in ipso principio libri singularis, quem ad senatusconsultum Tertyllianum fecit, apertissime docuit. Cui enim ferendum est, ab intestato successionibus suas quidem filias ad similitudinem masculæ fobolis in parentis vocari successionem, & iterum [6] germanas jure consanguinitatis eandem filibi vindicare prærogativam, deinceps autem legitimas fœminarum personas, si jura consanguinitatis non possident, [a] successione legitima repelli, cum maribus eadem successio pateat? Quare enim patris soror non ad successionem filii fratris sui una cum masculis vocatur, sed aliud jus in amitis, aliud in patruis observatur? Vel qua ratione fratris filius ad successionem patrui vocatur, germana autem ejus ab eadem successione recluditur? Hujusmodi itaque legis antiquæ reverentiam & nos anteponi [7] novitati legis censemus, & fancimus [8], omnes legitimas personas (id est per virilem sexum descendentes) sive masculini, sive fœminini generis sint, simili modo ad jura legitimæ successionis ab intestato vocari secundum gradus [9] sui prærogativam: non ideo excludendas, quia consanguinitatis jura secundum germanæ observationem non habeant. Cum enim unius sanguinis jura remaneant per virilem sexum incorrupta: quare naturam [10] offendimus, & legitimo juri derogamus? cum & aliam maximam injuriam res in se continet, plerisque quasi vulnus intestinum incognitum. Cum enim, & ad [11] ipsarum mulierum successionem masculi jure agnationis vocantur: quis patiatur earum quidem hereditatem ad eos legitimo jure deferri, ipsas vero nec invicem sibi, nec masculis eodem jure posse succedere, sed propter hoc solum puniri, quod [12] fœminæ natæ sunt, & paterno [13] vitio (si [14] hoc vitium est) prolem innocentem gravari? §. 1. In his igitur casibus legem [15] duodecim tabularum sequentes, & novum [16] jus [17] novissimo jure corrigentes, etiam unum [18] gradum pietatis intuitu transferri a jure cognationis in legitimam volumus successionem: ut non solum fratris filius, & filia (secundum quod jam definivimus) ad successionem patrui fui vocentur, sed etiam germanæ consanguineæ, vel sororis uterinæ filius & filia soli, & non deinceps personæ una cum his ad jura avunculi fui perveniant: & mortuo eo, qui patruus quidem est fratris sui filiis [19], avunculus autem sororis suæ sobolibus, simili modo ex utroque latere succedant, tanquam [ii] omnes legitimo jure veniant: scilicet ubi frater, & soror superstites non sunt. His enim personis præcedentibus, & hereditatem admittentibus, cæteri gradus remaneant penitus semoti [20]. † Illo proculdubio observando, ut successio non in stirpes, sed [21] in capita dividatur, & is gradus in ordinem legitimum transferatur: cæteris omnibus successionibus secundum jus usque ad præsens tempus observatum in suo statu manentibus. Si qui autem casus jam evenerunt: secundum quod priftina jura volebant, eorum fiat distributio. Dat. 5. Kal. Decembr. post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. 532.

*Præfatio, & confirmatio superioris constitutionis. 1. De filiis emancipatorum. 2. De fratribus, & sororibus uterinis. 3. De tertio gradu. 4. De tutela. 5. De casibus præteritis.*

15. Idem A. Joanni P. P.

MEminimus antea [22] divinam [nos] promulgasse constitutionem, per quam ad vestigia legis [23] duodecim tabularum totam progeniem ex legitima sobole descendentem, sive masculinam, sive fœmininam legitimo jure hereditatem adipisci fanximus: ut quemadmodum [24] ipsis a legitimis personis succeditur, ita & ipsæ legitimarum personarum amplectantur successionem. In qua constitutione unum gradum ex cognatis in jus legitimum reduximus [25], id est, germanæ [consanguineæ] filios, & filias, & fororis uterinæ filios, ac filias. Quam constitutionem [26] in suo robore permanere censemus, cum & in nostris [27] constitutionibus [28] tenor ejus a nobis relatus est. Sed subtiliore tractatu habito, necessarium duximus, & si quid ex prætoria jurisdictione [29] frugi inventum est, & hoc cum perfectissima definitione dispositio nostras leges ampliari. §. 1. Cum igitur prætorem [30] filium emancipatum, licet subtili [31] jure omnino fuerat deminutus, attamen in patris successionem sine ulla deminutione vocare manifestum est: non eodem autem jure etiam ad fratrum suorum successiones ab eo vocabatur, fed nec filii ejus jure legitimo suis patruis fuccedebant: necessarium duximus hoc primum corrigere, & legem Anastasianam justo incremento perfectam oftendere: ut emancipati [32] filius, & filia, non solum in paternis [bonis], ad suorum similitudinem successionem, si impubes moritur, denegandam esse. Dat. 5. Id. Jul. *Constantinop.* THEODOSIO A. XVII. & FESTO CONSS. 439.

*De emancipatis.*

11. Imp. ANASTASIUS A. Constantino P. P.

SI ab eo, qui ex [19] sacro rescripto secundum nostram constitutionem [20] fieri postulaverit emancipationem liberorum, petitum sit, quatenus ei, qui emancipandus emancipandave est, minime legitima jura per emancipationem extinguantur: eadem jura tam emancipato vel emancipatæ contra personas alias hoc modo sibi conjunctas, quam [21] aliis itidem contra eum vel eam in hereditatibus, vel in successionibus, & tutelis, necnon cæteris serventur intacta [22]: Collationibus [23] tam ab his secundum ea quæ super emancipatis statuta sunt, quotiens talis casus emerserit, utpote peracta emancipatione, faciendis. Dat. 15. Kal. Auguft. PROBO & AVIENO JUN. CONSS. 503.

*De nato ex majore quinquagenaria.*

12. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

SI major quinquagenaria [24] partum ediderit, si [25] debet hujusmodi soboles suo patri succedere, & hereditatem ejus nancisci, a Cæsariana [26] advocatione interrogati fumus. Et sancimus, licet mirabilis [27] hujusmodi partus inveniatur, & raro [28] contingat; nihil tamen eorum, quæ probabiliter [29] a natura nosciuntur esse producta, respui: sed omne jus quod ex quacunque lege liberis præstitum est, hoc merum atque immutilatum hujusmodi [30] filiis, vel filiabus servari in omnibus successionibus: sive ex testamento, sive ab intestato, & summatim, non absimiles aliis fiant, quos similes natura efficit: maxime cum & anteriore [31] nostra lege hujusmodi nuptias permisimus, imparesque [32] eas videri minime concedentes. Dat. 9. Kal. Nov. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. Anno secundo. 532.

*Qui succedunt emancipatis.*

13. Idem A. Joanni P. P.

DE emancipatis filiis, qui [ex] sacro [33] rescripto patribus impertito hoc a suis genitoribus meruerunt, dubitatum est. §. 1. Cum [enim] Anastasiana lex [34] jura fratribus legitima noscitur servare: si quis ex his fine testamento & liberis decesserit, utrumne ad fratrem, vel ad sororem ejus successio devolvatur, an ad superstitem patrem, [dubitabatur,] hujusmodi dubitationem compendioso responso dutimus esse finiendam. Ideoque sancimus ad similitudinem maternarum rerum aliarumque, de quibus jam a nobis lex [35] posita est, etiam hujusmodi hereditatem jure quidem dominii ad fratres, vel sorores in totum pervenire, usumfructum [36] autem [ejus] patri totum [37], sive priorem eorum servaverit, sive ad secundas migraverit nuptias, adquiri: sive per sacrum oraculum emancipatio procedat, sive alio legitimo modo a sacris [38] paternis fuerint absoluti. §. 2. Cum enim & pater utitur usufructu, & votum [39] ejus est, ad alios filios suas res pervenire; ea propter cum ex lege Anastasiana in alium articulum fratribus prospectum est, nunc a nobis in hac specie plenius [eis] subvenitur: ut pater habeat usumfructum [40], fratres autem vel sorores dominium rerum relictarum: exceptis maternis [41] rebus, in quibus si ex eadem matre fratres vel sorores sint, eos solos [42] vocari oportet. Sin autem non superfint, tunc ad similitudinem aliarum rerum in totam fraternitatem dominium earum cedere, ut sit apertissimus in omnibus tractatus, & non per differentiam personarum, vel rerum vaclare nosctatur. Dat. Kal. Novemb. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. Anno secundo. 532.

*De differentia inter masculos, & fœminas sublata. De filiis sororis.*

14. Idem A. Joanni P. P.

LEge [43] duodecim [44] tabularum bene humano generi prospectum est, quæ unam consonantiam tam in maribus quam in fœminis de eo dicendum videretur, quod de natis contra naturam. Quibusdam etiam videtur ea ætate contrahæ nuptiæ minus justæ ac legitimæ: *l. 27. supr. de nuptiis.* proinde & ex ea conjunctione nati injusti liberi & successione matrum alieni. 25 De Cæsariana advocatione, ad quam Justinianus noster multas constitutiones conscripit, adde *l. ult. supr. de patriis.* sunt qui Cappadociæ Cæsaream hic accipiunt, quæ Charondæ legum primum artium doctissimoque interpretes habuit. de qua Strabo 12. sed tamen videtur Palæstinæ fuisse *arg. l. penult. infr. de fideic.* 27 Nam mulier eo tempore pro liberis habetur. *l. 21. D. de act. empt.* 28 De his quæ raro fiunt, commuuiter jus aut lex constituti non solet. *l. 3. D. de legib. l. 64. D. de reg. jur.* fit tamen interdum. *l. 12. D. de senatorib. l. 7. §. 3. D. de adq. rer.* 29 Probabilia jurisconsultus admittit. 30 Partus natus ex muliere etiam quinquagenaria, est legitimus, & ideo ad successionem admittitur. 31 *L. 27. D. de nuptiis*: dixi ad Ulp. 16. §. 3. 32 Seu impar matrimonium, Ulp. *d. loco.* 33 Vide *l. 11. supr. lo. t.* 34 *L. 5. § ult. D. de emancipat. & d. l. 11.* 35 *L. ult. J. comm. de succession.* 36 Hodie pater virilem proprietatis cum fratribus defuncti concurrens obtinet. *Novell.* 118. *c. 2. verf. Si vero.* 37 Quia femis adquirebatur. *l. 7. §. ult. ad SC. Tert.* 38 De sacris paternis dixi plenius ad *l. fo. §. 1. D. de adoptionib.* 39 *L. 50. §. 2. in fin. D. de bon. libert.* 40 Hodie virilem proprietatis, *d. c. 2.* dixi ad *l. ult. supr. de fust.* 41 In maternis rebus uterni præferuntur. 42 Hinc illa regula, Paterna paternis, materna maternis. *Nov. 84. c. 1. §. 2.* quam immutat *Novell.* 118. *c. 2.* vult enim fratres conjunctos ex utroque latere uterinis, vel paternis tantum præferri. Extantibus uterinis tantum, & paternis tantum dividi hereditatem debuerant in semisses, nulla habita ratione originis [non-rum: quin cognatus, fi proximior fuerit, excludit agnatum. *Novell.* 118. *c. 3. Auth. Post fratres. ad. eod.* quod & in Gallize regionibus juri scripto subjectis servatur. Hot. *consil.* 25. In aliis regionibus Galliæ, paterna paternis, materna maternis deferuntur. vid. Hot. *in.* Post igitur, patruelis mei filio bona quædam paterna fuisse: eisdem Franciscum neporem ex fratre uterino fuiceptum fuisse: uter potior in illius paternis? Egone, an vero nepos defuncti fratre uterino Francifcus? Paponius 21. *Arreft. n.* 17. & Lucius 8. *Arreft.* 12. *num.* 4. referunt contra neporem judicatum fuisse, cum hic agatur de bonis paternis, idque ita judicant Galli ex hac lege. Quod ut plenius intelligamus, rem paucis explicamus: Titius ex Sempronia duos filios genuit, Mævia ex Sempronio CD. Sempronius ex Cæsa EF. Quod ad hujusmodi personas attinet, AB. sunt inter se consanguinei; CD. inter se quoque consanguinei: EF. inter se quoque consanguinei. AB. ad CD. uterini, ad EF. nihil. CD. ad EF. paterni. Ponte C. moriuntur, relictis bonis paternis, maternis, & adventitiis, & ut frater consanguineus excludet AB. uterinos tantum, & EF. paternos tantum. Finge D. poltmodum mori relictis bonis paternis, maternis, & adventitiis: AB. collegerint patrem ex hac lege; EF. paterna. Hodie res agitur simplicius. Tota hereditas defuncti D. inter paternos, & uterinos æqualiter dividitur, ut unum medium ferant paterni, alteram materni. *Novell.* 118. *c. 2.* 43 Lex 12. tabularum nulla differtione facta fuccellionem defert. Paul. 4. *sentent.* 8. §. 3. adde §. 3. *verf. & hæc quidem. Inst. de legagnat. succeff.* dixi ad *l. 12. tab. lh. 2. tit. 20.* §. 6. & 21. *l.* 4. §. *de lib. præterito.* 44 Huic legi contraria eft lex Salica Francica *tit. de Allode.* qua cautum fuit, ut ne ulla portio terræ Salicæ ad fœminas deferretur, de qua vide quæ in utramque partem disputat Pyrrhus *difp.* 3. *de lege Salica*, & regni fucceffione.

1 *Nov.* 18. *c.* 4. *Nov.* 21. *Nov.* 118. *c.* 4. & 5. §. 3. *Inft. de legitima agnat. succeff.* 2 Paria natura jus idem exigunt. 3 Laus nuptiarum, fuit *Novell.* 22. adde *Novell.* 39. *in fin. pr. l.* 220. *in fin. ff. de verb. ſign.* v. Augustin. *de bono conjugii*: Martialem *epiſtola ad Thoſſanos*; & Columellam *l.* 12. Musonium *apud Stobæum ſermone* 64. 4 Vir uxoris auxilio indiget *Geneſeos* 2. *verſ.* 18. 5 Nimia subtilitas impia. 6 Hoc innuit, jure veteri filias fuccefiffe parentibus: forores etiam fratribus, at non conſobrinas conſobrinis, & fœminæ ad hereditates legitimas ultra conſanguineas ad fucceſſionem non admittebantur. Paul. 4. *ſent.* 8. §. 3. dixi ad *leges* 12. *tab.* 7 Antiquitas reduxit novitati antecponitur. 8 Fœminæ jure adgnationis pariter ut maſculi admittuntur. 9 Ut qui proximior fit, ſemper præferatur. 10 Natura, id eſt, jus naturæ offenditur: naturam offendere non licet. *l. ult. J. de lib. prat.* 11 Maſculi fuccedunt feminis, *ut hic. & l.* 15. *conſt. h. t.* 12 Non ideo mulieres puniendæ, quod fœminæ. 13 Paternum vitium (fuit hæc Stoicorum ſententia) ipſi proli non nocet. 14 Nullum vitium eſt in fœmina, quod ſit femina. 15 Dixi ad *l.* 12. *tabular.* 2. *tit.* 20. & 13. adde §. 4. *Inſt. de legitim. adgnator. ſucceſſ.* 16 Noviſſimis nova corriguntur. 17 Jus videtur hic ſimul pro errore, aut certe legem Voconiam intelligit, quam hic tollit, de qua vide Paul. 4. *ſentent.* 8. §. 3. 18 *L.* 15. *J. h. t.* 19 Olim fratris filius & filia ad ſucceſſionem patrui ſui vocabantur, ſi tamen defuncto frater & ſoror ſuperſtites non erant, *ut hic. & l.* 3. *ſupr. h. t.* Hodie ſuccedunt etiamſi defuncto fint fratres. *Novell.* 127. *c.* 1. 20 Hodie non ſunt femoti fratrum filii. *d. c.* 1. 21 Flores fratrum filii in patrui ſucceſſione inter ſe concurrentes ſuccedunt in capita. *Nov.* 118. *c.* 3. *in fin.* cum reliquis patruis concurrentes, in ſtirpes, ut dixi ad *d. c.* 3. adde Rebuff. *in pragm. conſtit. gineſſ. de tutor.* 22 Id eſt, *l.* 14. §. *h. t.* 23 *d. l.* 12. *in pr.* & §. 1. *in pr.* 24 *l.* 14. *verſ. cum enim.* 25 *d.* §. 1. *in pr.* 26 *d. l.* 12. 27 Obſerva hunc Codicem editum fuiſſe poſt Inſtitutionum libros. 28 §. 4. *Inſt. de legit. adgnat. ſucceſſ.* 29 Ex prætoris Edictis. 30 *l.* 1. §. *de jure delib. l.* 6. §. 1. *verſ. Quamvis. ff. de bonor. poſſ. l.* 1. *in fin. ff. quis ordo.* 31 Jus ſubtile. 32 Emancipatus una eum ſuis patri, fratri, ſoreri ſuccedit. 33 *L.* 1. *J. tit. prox.* 34 §. 1. *Inſt. de*

CODEX.

*ſucceſſ. cognat. l.* 4. §. *de legit. tut.* 35 Uterini fratri ſuccedunt. *l. ult. J. ad SC. Tertull.* ſi tamen defuncto fratri non fuerint fratres utroque parente conjuncti: vel hujusmodi fratrum filii: hi enim præferuntur & uterinos excludunt. *Novell.* 118. *c.* 3. 36 Uterinos tamquam cognati. 37 Filii fratrum emancipatorum ſuccedunt omnino cum 38 Legibus 12. tabularum, ſcil. 39 Primis repulsoribus, aut non exantibus, proximiores ſuccedunt. 40 Dixi ad *l.* 14. *in fin. J. h. t. Novell.* 118. *cap.* 3. *in fin.* 41 Agnatici. *Novell.* 118. quæ ita inſcripta eſt, de æqualitate agnatici juris. 42 Ubi hereditas, ibi tutela, niſi ætas, vel ſexus impediat: adde *l.* 13. *ff. ad reg. jur.* 43 *L. ult.* §. *de legatis, tut.* 44 Ibi gravamen ubi lucrum, vide *l.* 23. §. 3. *ſupr. de furtis. l.* 149. *ff. de reg. jur.* 45 Legis virtus non extenditur ad lites ſententia vel transactione definitas. 46 Amicabilis transactio. 47 Inteſtati ſcilicet quæ deferuntur, vel jure civili, vel prætorio. 48 Emancipato fui & emancipati fratres ſimul ſuccedunt. adde *l. ult.* §. 1. *ſupr. tit. prox.* 49 Id remiſſum eſt, *l. ult. ſupr. qui admitt. ad bon.* 50 *Propter*: quidam ita legunt. 51 Solennitas ea remiſſa eſt. *d. l. ult.* 52 Sicut hereditas per bonorum poſſeſſionem quæ tranſmittitur, ita & adita. Jure noſtro quod ad transmiſſionem attinet nihil intereſt inter jus civile & prætorium. 53 Hereditas pupilli datur actio tutelæ. *l.* 12. *ſupr. arbitr. tut.* 54 Virtrici privignus eſt adfinis. *arg. l.* 6. *Inſtit. de nupt.* Adfinitatis autem jure nulla ſucceſſio ei defertur. *l.* 7. *J. h. t.* hoc eſt, vitricus privigno ab inteſtato non ſuccedit. *Synaſſ. Baſil.* 42. *tit.* 1. *c.* 46. ergo nec vitricus privignus, *ut hic. cognat.* 56 Niſi certis caſibus ſervus ſucceſſorem habet. *l. pen. J. de a. & Inſt. de ſervo. adgn.* §. 8. *de fuis. l. ult. J. ad SC. Orphitian. l.* 8. *ſupr. tit. prox. l.* 1. *in pr.* & §. *de fuis*, quibus ut ſui. *de fuis*, quemadmodum & in Gallia hæc lex locum non obtinet, ut in qua nulli fint proprie ſervi. Quibus enim hodie utimur, liberi ſunt. Eſt etiam plurium locorum conſuetudo, ut filiis relinquatur peculium quod pater habuit. *Chaſſ. in cap. tit.* 13. *queſt.* 2. *in fin.* 57 Conſtitutionem eo hanc legem difficilem vide apud Cujacium 12. *obſ.* 7. & Hotom. 6. *obſ.* 9. 58 *L. 1. ff. de ſuis. Nov.* 118. *c.* 3.